



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 102. Luxemburgensis Provincia a Gallis misere devastata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

miserorum sorte commotus, mox cunctis cibum ac medicamenta suppeditare jussit, Sæc. XVI.  
A.C. 1552.  
præcepitque sui exercitus Chirurgis, ut ea, quam suis præsidiariis impenderent, sollicitudine eorum vulnera curarent, eisque veluti amicis omne auxilium præstarent. Biduo post viginti cymbas stramineis culcitris, alioque apparatu percommodo instrui, eisque infirmos, & vulneratos imponi, ac tandem ad Theodonis villam deduci fecit. Hac pietate Dux Germanorum æque, ac Italorum, & Hispanorum amorem, & venerationem sibi conciliabat, atque existimationem, quam sibi jamjam inter Gallos comparaverat, plurimum augetab, & magis, magisque nominis sui famam apud omnes æterna memoria dignam reddebat. Ceterum, si captivis fides habenda, in hac expeditione circiter triginta quinque hostium millia partim contagione, partim gladio periere.

## §. CII.

*Luxemburgensis Provincia a Gallis  
misere devasta.*

Post hæc Henricus II. in Germaniam per Luxemburgensem Ducatum rever- Thu. hist. 10.  
Sieid. l. 24.  
p. 909.  
sus, ibidem occupatis quibusdam op-  
pidis totam circa circum regionem de-

E e 3      vasta-

Sæcul. XVI. vastabat , incensisque S. Joannis , ac  
C.A. 1552. Soleureo arcibus munitissimis infuper  
 in Luxemburgensi Ducatu Danvillerium,  
 Ivodium , & Montem . Medium armis  
 suis subigebat.

## §. CIII.

*Salernitanus Princeps ex Neapoli ad  
 Regem profectus.*

*Thu. l. c.*

Eadem die , qua Rex Danvillerium in-  
 grediebatur , Ferdinandus Sanse-  
 verinas Salerni Princeps ex Regno Nea-  
 politano veredariis equis vectus adve-  
 nit , Regique hæc exposuit : „nunquam  
 „Gallis magis opportuna Neapolis re-  
 „gnum facile occupandi occasio sese of-  
 „ferebat , quam in moderno rerum statu ;  
 „quippe Neapolitani Hispanorum vexa-  
 „tiones diutius perferre pertæsi jugum  
 „excutere decreverunt , ut ergo unao-  
 „mnes ad seditionem , & capessenda  
 „arma concitentur , exiguum militum  
 „manum Regni finibus admovere suf-  
 „ficiet. Evidem Henricus Salerni  
 Principem summa , qua decuit , be-  
 nevolentia exceptit , ejusque propositio-  
 nibus benignas aures præbuit , certum  
 tamen dare responsum , haud consul-  
 tum fore duxit : Interea Carolus V.  
 Hujus Principis molimina edoctus Nea-  
 polis Proregi injunxit , ut Ferdinandum

ca